

# Rosarium

V In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

A Amen.

Ad crucem:

## Symbolum Apostolorum

V Credo in unum Deum

A Patrem omnipotentem,  
creatorem coeli et terrae.  
Et in Iesum Christum,  
Filium eius unicum,  
Dominum nostrum,  
qui conceptus est de Spiritu Sancto,  
natus ex Maria Virgine,  
passus sub Pontio Pilato,  
crucifixus, mortuus, et sepultus,  
descendit ad inferos,  
tertia die resurrexit a mortuis,  
ascendit ad coelos,  
sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis,  
inde venturus est iudicare vivos et mortuos.  
Credo in Spiritum Sanctum,  
sanctam Ecclesiam catholicam,  
sanctorum communionem,  
remissionem peccatorum,  
carnis resurrectionem,  
et vitam aeternam.  
Amen.

Ad granum maius:

## Pater noster

V Pater noster, qui es in coelis,  
sanctificetur nomen tuum.  
Adveniat regnum tuum.  
Fiat voluntas tua,  
sicut in caelo et in terra.

A Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,  
et dimitte nobis debita nostra  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.  
Et ne nos inducas in tentationem,  
sed libera nos a malo.

Ad grana minora I-III:

## Ave Maria

A Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.  
Benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Ad granum minus I additur:

Qui adaugeat in nobis fidem.

Ad granum minus II additur:

Qui corroboret in nobis spem.

Ad granum minus III additur:

Qui perficiat in nobis caritatem.

A Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc, et in hora mortuis nostrae.  
Amen.

Ad granum maius:

**Gloria Patri**

- V Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.  
A Sicut erat in principio, et nunc, et semper,  
et in saecula saeculorum.  
Amen.

Ad singula grana maiora Pater noster oratur.

Ad singula grana minora Ave Maria oratur  
et mysteria sequentia inserendo post Iesus:

**Gaudii mysteria**

In feria II et sabbato.

- Quem, Virgo, concepisti.  
Quem visitando Elisabeth portasti.  
Quem, Virgo, genuisti.  
Quem in templo praesentasti.  
Quem in templo invenisti.

**Lucis mysteria**

In feria V.

- Eius in Baptismate apud Iordanem.  
In sui ipsius autorevelatione apud Canense matrimonium.  
In Regni Dei proclamatione coniuncta cum invitamento ad conversionem.  
Ipsius in Transfiguratione ac denique.  
In Eucharistiae institutione, quae nempe sacramentalis est paschalis mysterii  
declaratio.

**Doloris mysteria**

In feria III et VI.

- Qui pro nobis sanguinem sudavit.  
Qui pro nobis flagellatus est.  
Qui pro nobis spinis coronatus est.  
Qui pro nobis crucem baiulavit.  
Qui pro nobis crucifixus est.

**Gloriae mysteria**

In Dominica et feria IV.

- Qui resurrexit a mortuis.  
Qui in caelum ascendit.  
Qui Spiritum Sanctum misit.  
Qui te assumpsit.  
Qui te in coelis coronavit.

Ad finem decadam Gloria Patri (et

**Oratio Fatimae**

- Domine Iesu, dimitte nobis debita nostra,  
libera nos ab igne inferni,  
conduc in coelum omnes animas,  
praesertim eas,  
quae misericordiae tuae maxime indigent.  
Amen.)

oratur.

Ad finem rosarii:

**Salve Regina**

- Salve, Regina,  
mater misericordiae,  
vita, dulcedo et spes nostra, salve.  
Ad te clamamus, exsules filii Evae.  
Ad te suspiramus, gementes et flentes  
in hac lacrimarum valle.  
Eia ergo, advocata nostra,  
illos tuos misericordes oculos  
ad nos converte.  
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,  
nobis post hoc exilium ostende.  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.